

## Verres und die Göttin Diana

Im Prozess gegen Gaius Verres führt Cicero zahlreiche Verbrechen des ehemaligen Statthalters auf. Als eines von dessen größten Schurkenstücken schildert er den Richtern einen Übergriff, der sich gegen eine Gottheit richtete.


„Verrēs ita in Siciliā sē gessit, ut multī putārent eum nōn modo hominibus, sed etiam deīs immortālibus bellum indīxisse<sup>1</sup>. Audīte exemplum audāciae istīus hominis, iūdicēs!

Segesta est oppidum vetus in Siciliā situm. Quondam statua  
 5 Diānae, quae singularī arte ex aere perfecta erat, in forō  
 eius oppidī posita est. Eam Carthāginiēnsēs<sup>2</sup>, cum Segestānōs  
 bellō vicissent, dēportāverunt. Rōmānī Carthāgine<sup>3</sup> captā  
 imperāverunt, ut statua Segestānīs redderētur. Statuā in Siciliam  
 reductā Segestānī māgnō gaudiō affectī sunt. In forō multōs  
 10 annōs eam colēbant.

Nūper Verrēs, ubi statuam vidit, avāritiā ārdere coepit. Itaque  
 magistrātibus mandāvit, ut statua domum suam<sup>4</sup> portārētur.  
 At magistrātūs praeceptum eius scelestum esse putantēs  
 respondērunt: ‚Sī tibi pārērēmus, īram et deae et cīvium  
 15 excitārēmus!‘ Praetereā rēs, cum in senātū Segestānōrum  
 ācta esset, ab omnibus pernegāta<sup>5</sup> est.

Cīvibus resistentibus tamen Verrēs cōnsiliō nōn dēstitit<sup>6</sup>.  
 Immō omnibus modīs eōs opprimere coepit: Iterum iterumque  
 pōstulābat, ut Segestānī ingentem frūmentī cōpiam Rōmānīs  
 20 trāderent, et cīvēs nōbilēs in iūs vocābat. Segestānī, cum  
 cīvitātem suam ā Verre paulātim perdī intellēxissent, multīs  
 malīs māgnōque metū victī sunt. Tandem praeceptō eius  
 pārūerunt. Cum omnia lūctū complērentur, statua Diānae  
 istī hominī scelestō trādita est. Ō tempora, ō mōrēs!“

- 1 Nenne die Stilmittel, die Cicero verwendet, um die Richter von der Boshaftigkeit des Statthalters Verres zu überzeugen. ⚙️ → S. 103
- 2 Beschreibe, mit welchen Mitteln Verres laut Cicero die Übergabe der Diana-Statue herbeiführt.
- 3 Begründe, warum Cicero erwähnt, dass die Statue zu früheren Zeiten schon einmal von den Karthagern geraubt wurde.



Statue der Göttin Diana aus dem 2. Jahrhundert n. Chr. (ausgestellt im Louvre, Paris)

<sup>1</sup> bellum indicere, indicō, indixī, indictum + *Dat.*: jdm. den Krieg ansagen

<sup>2</sup> Carthāginiēnsēs, Carthāginiēnsium *m. Pl.*: die Karthager

<sup>3</sup> Carthāgō, Carthāginis *f.*: Karthago

<sup>4</sup> domum suam: in sein Haus

<sup>5</sup> pernegāre, pernegō: entschieden ablehnen

<sup>6</sup> dēsistere, dēsistō, dēstitī, dēstitum + *Abf.*: von etwas ablassen

Wenn du noch einmal nachschlagen möchtest, was es mit dem Konflikt zwischen Rom und Karthago auf sich hatte, sieh dir den Sachtext von Lektion 23 an.

